

CHRISTOPHERVS MADRVTIVS CARDINALIS TRI-  
dentinus.



**C**hristopherus ex nobili familia Madrutio-  
rum natus est. Is cum à teneris annis literis  
operam dedisset, magnam eruditionem adeptus  
est. Accedebat & uitæ grauitas, & prudentia sin-  
gularis. Itaque primò Episcopus Tridentinus e-  
lectus fuit. Cum autem postea Anno post nati-  
uitatem Domini millesimo quingentesimo qua-  
dragesimo Hagenoæ in comitijs eius uirtutes in-  
notuissent, Carolus Cæsar eum plurimùm dilexit,  
atque res maximas Imperij ei expediendas com-  
misit. Pari ratione & Paulus tertius pontifex hunc  
amare, & ad suas partes pertrahere conatus. Ita-  
que die tertia Iulij, Anno ab incarnatione Christi

millesimo quingentesimo quadragesimo quarto eum Cardinalem Episco-  
pum Prænestinum creauit.